
Poemes de Catul

versió de Jaume Medina

II

Ocell, plaer de la meva estimada,
tu amb qui sol jugar i tenir-te al pit
i dar-te el cap del dit si és que glateixes,
o bé incitar les punyents mossegades,
quan a la meva fulgurant amor
li agrada fer no sé quins jocs plaents,
i esplai gentil, jo crec, del seu dolor
perquè l'ardent passió se li calmi:
si jo podia jugar amb tu com ella
i alleugerir el meu cor de neguits tristos!

II

*Passer, deliciae meae puellae, / quicum ludere, quem in sinu tenere / cui primum
digitum dare appetenti / et acris solet incitare morsus, / cum desiderio meo nitenti / ca-
rum nescio quid lubet iocari, / et solaciolum sui doloris, / credo, ut tum grauis acquiescat
ardor: / tecum ludere sicut ipsa possem / et tristis animi leuare curas!*

III

Ploreu de cor, oh Venus i Cupidos
i tots els homes enamoradors:
ha mort l'ocell de la meva estimada;
l'ocell, plaer de la meva estimada,
que ella preava més que no els seus ulls.
Era melós: la concixia a ella
igualment com una filla la mare
i mai no li fugia de la falda,
ans tot saltant, ara ací, ara allí,
piulava sempre només per a ella;
ara se'n va pel camí tenebrós
al lloc d'on diuen que ningú no torna.
Maleïdes sigueu, cruels tenebres
de l'Orc, que devoreu tot el que és bell:
m'heu agafat un ocell tan bonic!
Oh, quin maltret! Oh, ocell desgraciat!
Ara els ullets de la meva estimada,
plorant per tu, vermellen inflats.

III

Lugete, o Veneres Cupidinesque, / et quantum est hominum uenustiorum: / passer mortuus est meae puellae, / passer, deliciae meae puellae, / quem plus illa oculis suis amabat. / nam mellitus erat suamque norat / ipsam tam bene quam puella matrem, / nec sese a gremio illius mouebat, / sed circumsiliens modo huc modo illuc / ad solam dominam usque pipiabat; / qui nunc it per iter tenebricosum / illuc unde negant redire quemquam. / at uobis male sit, malae tenebrae / Orci, quae omnia bella deuoratis: / tam bellum mihi passerem abstulistis. / o factum male! o miselle passer! / tua nunc opera meae puellae / flendo turgiduli rubent ocelli.

V

Visquem, Lèsbia meva, i estimem-nos;
i els xafardeigs dels vells malagradosos
avaluem-los tots al preu d'un as.
Els sols es poden pondre i tornar a néixer:
quan la llum breu se'ns ha post, a nosaltres
ens cal, només, dormir una nit eterna.
Ara fes-me mil besos, després cent,
després mil més i cent una altra volta,
després, encara, mil i després cent.
Llavors, quan n'hàgim fets ja molts milers,
perdrem el compte a fi de no saber-los
o perquè cap malvat no ens tingui enveja
quan sàpiga que ens hem fet tants de besos.

V

*Viuamus, mea Lesbia, atque amemus, / rumoresque senum severiorum / omnes unius
aestimemus assis! / soles occidere et redire possunt: / nobis cum semel occidit brevis lux, /
nox est perpetua una dormienda. / da mi basia mille, deinde centum, / dein mille altera,
dein secunda centum, / deinde usque altera mille, deinde centum, / dein, cum milia multa
fecerimus, / conturbabimus illa, ne sciamus, / aut ne quis malus invidere possit, / cum
tantum sciat esse basiorum.*

VII

Quantes besades teves, em preguntes,
Lèsbia, són per a mi prou i massa.
Com el gran nombre d'arenas de Líbia
hi ha en la Cirene, rica en laserpici,
entre el temple de Júpiter roent
i el sepulcre sagrat de l'antic Batus;
o com estrelles, quan calla la nit,
contemplen els amors furtius dels homes:
amb tan gran nombre de besos besant-lo
el foll Catul ben bé en té prou i massa,
que ni els poguessin comptar els curiosos
ni fetillar-los amb llengua malvada.

VII

Quaeris, quot mihi basiationes / tuae, Lesbia, sint satis superque. / quam magnus numerus Libyssae harenae / lasarpiciperfis iacet Cyrenis / oraculum Iouis inter aestuosi / et Batti ueteris sacrum sepulcrum; / aut quam sidera multa. cum tacet nox, / furtiuos hominum uident amores: / tam te basia multa basiare / uesano satis et super Catullo est, / quae nec pernumerare curiosi / possint nec mala fascinare lingua.

VIII

Desventurat Catul, deixa el caborieig
i allò que veus que ha mort dóna-ho ja per perdut.
En altre temps brillaren per tu sols radiants
quan tot sovint anaves on et duia la noia
que jo he estimat tant com no ho serà cap altra.
Quan es feien, allí, aquells divertiments
que tu volies i ella no refusava pas,
van brillar de debò per tu sols radiants.
Ara ella ja no ho vol: doncs tu, sorrut, no ho vulguis,
ni la cerquis, si fuig, ni visquis amargat,
ans obstinadament aguanta't i suporta-ho.
Apa, noia, bon vent. Catul ara s'aguanta;
ni et cerca ja ni et pregarà puix que no ho vols.
Però tu et queixaràs quan no seràs pretesa.
Ai de tu, miserable, quina vida t'espera?
I qui et vindrà a cercar? A qui semblaràs bella?
Ara qui estimaràs? I de qui diràs que ets?
Qui besaràs? A qui mossegaràs els llavis?
I tu, Catul, però, sempre obstinat, aguanta't.

VIII

Miser Catulle, desinas ineptire, / et quod uides perisse perditum ducas. / fulsere quondam candidi tibi soles, / cum uentitabas quo puella ducebat / amata nobis quantum amabitur nulla. / ibi multa cum iocosa fiebant, / quae tu uolebas nec puella nolebat, / fulsere uere candidi tibi soles. / nunc iam illa non uolt: tu quoque inpotens noli, / nec quae fugit sectare, nec miser uiue, / sed obstinata mente perfer, obdura. / uale, puella. iam Catullus obdurat, / nec te requiret nec rogabit inuitam. / at tu dolebis, cum rogaaberis nulla. / scelestas, uae te, quae tibi manet uita? / quis nunc te adibit? cui uideberis bella? / quem nunc amabis? cuius esse diceris? / quem basiabis? cui labella mordeberis? / at tu, Catulle, destinatus obdura.

LI

Molt semblant a un déu per a mi es mostra
i, si és permès, tots els déus supera
el qui davant teu assegut, tothora et
mira i escolta

riure dolçament, quan a mi em fa perdre,
las, tots els sentits: car des del moment que,
Lèsbia, t'he vist, ja no em resta gens de
veu a la boca,

i la llengua em trem; per dessota els membres,
lleu, em corre un foc; les orelles brunzen
amb un so tot seu, i els meus ulls entela
una nit doble.

L'oci, oh Catul, per a tu és malèfic:
massa tu et complaus en l'oci i t'exaltes:
l'oci en altres temps féu malbé felices
urbs i monarques.

LI

*Ille mi par esse deo uidetur, / ille, si fas est, superare diuos, / qui sedens aduersus
identidem te / spectat et audit
dulce ridentem, misero quod omnis / eripit sensus mihi: nam simul te, / Lesbia, as-
pexi, nihil est super mi / uocis in ore
lingua sed torpet, tenuis sub artus / flamma demanat, sonitu suoapte / tintinant aures,
gemina teguntur / lumina nocte.
otium, Catulle, tibi molestum est: / otio exultas nimiumque gestis: / otium et reges
prius et beatas / perdidit urbes.*

LXX

Diu que amb ningú no voldria unir-se la meva estimada
sinó amb mi, baldament Júpiter li ho demanés.
Diu: però allò que diu l'estimada a l'amant que s'abrusa
cal escriure-ho al vent i sobre l'aigua corrent.

LXX

Nulli se dicit mulier mea nubere malle / quam mihi, non si se Iuppiter ipse petat. / dicit: sed mulier cupido quod dicit amanti, / in vento et rapida scribere oportet aqua.

LXXXV

Amo i odio. Per què faig això, demanes tal volta?
No ho sé pas, però així és i en tinc gran turment.

LXXXV

Odi et amo. quare id faciam, fortasse requiris? / nescio, sed fieri sentio et excrucior.

LXXXVII

No hi ha cap dona que pugui dir que hagi estat tan amada
com ets tu, ben cert, Lèsbia, amada per mi.
Ni una fidelitat tan gran hi ha hagut en cap pacte
com per la meva part tu has trobat en l'amor.

VERSIÓ DE JAUME MEDINA

LXXXVII

*Nulla potest mulier tantum se dicere amatam / uere, quantum a me Lesbia amata mea
es. / nulla fides ullo fuit umquam foedere tanta, / quanta in amore tuo ex parte reperta
mea est.*